

2459 sub Iulio Cas[ti]no¹ leg. leg. I M., | cura Petroni | Aquilae D,
fur|nus factus ar|val.² a M. An. Dio|cente, ! ! ! !³ | Aug. !³ cos. !³

Ad Iversheim prope Münsterfeld rep., est Bonnae (Brambach 520; Hettner catalog. mus. Bonn. p. 52 n. 126; Huebner ex. scr. ep. 620. F ab E vix differt in hoc titulo). In parte adversa eiusdem lapidis litterae extant [I.] o. m. et G . . ., ex titulo antiquiore ut puto relictae. — 1) Cf. supra N. 4455. — 2) Num vere furnus dicatur arvalis significeturque furnus rusticus factus in usum militum, ut putat Hettner dubito. — 3) Erasmus sine dubio vocabulum duobus cum litteris g et n ad alterum ex Augustis pertinentibus. Significatur aut annus 205 quo Gela fuit consul cum fratre iterum, aut a. 208, quo fuit consul iterum cum fratre tertium.

2460 dis manibus | C. Iulio C. f. | Longino, | domo Voltinia | Phi-
lippis¹ Macedo|nia, veteranus | leg. VIII Aug., deductus | ab divo Augusto
| Vespasiano Quirin.¹ | Reate², se vivo fecit | sibi et Iuliae C. libert. | Hel-
pidi coniugi suae, | et C. Iulio C. libert. Felici, | et posterisque suis fec.,
| et C. Iulio C. l. Decembro | et Iuliae C. l. Veneriae | et C. Iulio C. l.
Prosoxo.

Reate (IX 4684 vidit Mommsen). — 1) Philippi, unde Longinus oriundus fuit, fuerunt tribu Vollinia, Reate, quo deductus est, tribu Quirina. — 2) Reate deducti sunt a Vespasiano etiam veterani legionis nonae (IX 4685 et 4689), item veterani e cohortibus praetoriis (IX 4682. 4685).

2461 Q. Petroni|us M. f. Sca. | Rufus | vet. leg. VII C. p. f., | de-
ducticius¹, | t. f. i.

Prope Scupos (Uesküb) Albaniae loco dicto Kučevište (III S. 8199 descr. Domaszewski). — 1) Videtur Scupos colonia militum deducta esse (cf. Domaszewski l. c. p. 4460).

2462 C. Cornelius C. f. | Pom. Dert.¹ Verus, | vet. leg. II Adi., |
deduct. col. U. T. P. | mission. agr. II², | milit. b. cos.³, | annor. L, h.
s. e., | test. fier. ius., | heres | C. Billienus Vitalis | f. c.

Poetovione (III 4057 vidit Mommsen). — 1) (Tribu) Pomptina, (domo) Dertona. — 2) Deductus coloniam Ulpianam Traianam Poetovionem missione agraria altera (sic legit Mommsen C. III p. 550). — 3) Militavit beneficiarius consularis.

2463 d. m. | M. Aurel. Primus | veteranus leg. I M., | missus honest.
mis|sion., civis Rem.¹, vius | sibi fecit et C. | Modestin. Peregrino veterano
leg. | eiusd., | misso honest. | mission., civ. Agripp.¹, | contubernal. mihi
| carissim., et sub as|cia dedicaverunt.

Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon p. 270). — 1) Dubitari potest, utrum Primus fuerit origine Remus, Peregrinus origine Ubius, an post militiam deducti sint ille Durocortorum Remorum, hic in coloniam Claudiam Agrippinensem (cf. Mommsen Herm. 49 p. 24 not. 7, Eph. ep. 5 p. 462).

2464 Plancus curator veteranorum leg. IIII Macedonic[a]e¹,
decurio, t. f. i.